tuuieren la dicha ſolennidad de teſtigos, comprehendant tabellionem, vt ipſe voluit qui teſtis appellatione continetur, & referant deinde ad multiplicem voluntatem & formam teſtamentorum, prout ex ipſis colligitur ibi, los quales dichos teſtamentos y codicillos, ſino tuuieren la dicha ſolennidad de teſtigos, mandamos que no hagan fe en juyzio ni fuera del. Verum hoc eſt falſum, quia in teſtamento nuncupatiuo tabellio non deſideratur ad eius validitatem, vt docet idem Matiençus & cõmuniter receptum teſtatur in l. 1. titul. 4. lib. 5. gloſ. 7. num. 1. & probatur expreſſe ex illo text. ibi, y ſi lo hiziere ſin eſcriuano publico, que ſean ahy alomenos cinco teſtigos, nec in codicillis tabellio requiritur, vt conſtat ex dict. l. 1. Quare defendẽdo domini mei ſolutionem reſpõdendum cenſeo Matienci oppoſitioni, non ſemper legiſlatores poſſe comprehendere omnes articulos, vt in l. non poſſunt omnes articuli. ff. de legibus. ideoque ſingula ſingulis eſſe referenda, prout in ſimili legem noſtram interpretatur Azeuedus in l. 2. titul. 4. lib. 5. num. 9.

* Ad numerum 42. ibi.) Requiritur dies menſis & annus, &c. Idem diſponit l. 4. & l. 54. titul. 18. part. 3. & Gregorius ibi, & in l. 1. & 9. titul. 19. par. 3. & l. 2. titul. 8. lib. 1. fori, & l. 13. titulo 25. libro 4. Recopilationis ibi: y el dia, y el mes, y anno, &c. & ibi, ſopena que la eſcriptura que de otra manera ſe diere ſignada, ſea en ſi ninguna, eſt que opinio communis ſecundum Couarruuiam in pract. quæſtionibus, c. 2. numero 20. & ſequitur Matiençus in l. 2. tit. 4. lib. 5. Recopil. gloſſ. 7. num. 7. alios plures congerens authores.

* Ad numerum 43. ibi.) Si vero fit manu priuata ſine tabellione, vide Matiençum id latè docentem in dicta l. 2. titul. 4. lib. 5. Recopil. gl. 7. num. 8.

* Ad numerum 46. ibi.) Hoc poſt mortem teſtatoris iurati deponant, &c. Vnde ſi ante publicationẽ moriatur aliquis teſtis ex his qui interfuerint teſtamento, ita vt nõ ſuperſit eo dempto legitimus numerus teſtium nõ faciet fidem nec valebit prædictum teſtamentum l. publicati. C. de teſtament. l. cum in initio. ff. quemadmodũ teſtamenta aperiantur, notat Alberi. in l. 1. §. ſi quis neget, eodẽ tit. & probat text. à cõtrario ſenſu in l 4. titul. 3. par. 6. vbi notat Gregorius, verbo, deſpues.

* Ad num. 47. ibi.) Quod ſint vicini illius loci, vbi fit teſtamentũ, &c. etiam probat hodie l. 1. tit. 2. lib. 5. Recop. vbi Matiençus gl. 5. num. 1. Greg. in l. 1. tit. 1. par. 6. verbo, ante ſiete teſtigos, Burgos de Paz hic, num. 354. & ſequẽt. & quis dicatur vicinus hoc caſu docet idem Matiençus vbi ſuprà num. 2. & Tellus Fernandez hic, in 2. parte legis. num. 15. Caſtellus ibid. num. 1. Azeuedus in dict. l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. num. 34. & ſequent. affirmans iſtud vicinitatis requiſitum in teſtamento in ſcriptis non deſiderari, & videas latius Matiençum in d. l. 2. tit. 4. lib. 5. gl. 3. num. fin.

* Ad num. 47. ibi.) *Si verò fiat cum tabellione*, &c. Vide Spinum de teſtam. fol. 43. num. 3. & ita diſponit hodie l. 1. titul. 4. libr. 5. Recop. vbi Matiençus gloſſ. 4. num. 1. & Azeuedus num. 24. qui late de hac quæſt. agunt.

* Ad num. 47. ibi.) Sed teneo contrarium, imo quod valeat coram teſtibus, &c. Id etiam tenet Burgos de Paz hic, numero 819. fol. 276. col. 3. verſiculo teſtamentum, & Azeuedus in l. 2. tit. 4 lib. 5. Recop. num. 24. Menchaca de ſucceſſ. creatione libr. 3. §. 21. num. 22. cum pluribus ſequent. Couar. in cap. cum eſſes. num. 2. de teſtam. & vide Matiençum in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. gloſ. 3. num. 4.

* Ad num. 47. ibi.) Ex qua lege ſic declarata, nota quod licet de iure communi ruſticus, &c. Vide de hac re Gulielmum Benedictum in c. Raynuntius, verbo, teſtamentum el 1. nu. 12. de teſtam. Tellum hic, num. 5. Menchacam de ſucceſſ. creatione. §. 22. nu. 29. Pariſium conſ. 32. nu. 17. Alex. conſ. 70. lib. 2. & hanc opinionem tres, ſcilicet, teſtes ſufficere vbi non eſt copia teſtium, tenet etiam Matiençus in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. gl. 7. num. 4. & num. 9. Spinus de teſt. in 3. par. Rubr. num. 4.

* Ad num. 48. ibi.) Imo quod requiratur integra & perfecta ſolennitas de iure communi requiſita, &c. Idem etiam tenet Tellus Fernandez in hac l. 3. numero 8. ad fin. & vide Spinum de teſtam. 3. par Rubr. nu. 6. ad fin. Menchacam de ſucceſſ. creatione, §. 24. num. 4. Pariſium conſ. 33. num. 28. vo-